

Band X., Nr. 4428, Seite 173-175

Der Edle Ulrich von Magenheim verkauft dem Kloster Bebenhausen seine Weinberge in Brackenheim.

Brackenheim, 1293. September 22.

Harum litterarum inspectoribus universis Ūlricus de Magenheim titulo nobilium annotatus rei notitiam subnotate. Quia fides instrumentorum cum testium depositionibus eandem optinet firmitatem, expedit gesta legitima scripturarum attestationibus commendari. Sub presentium itaque testimonio litterarum tamquam in iure confessus publice recognosco, quod omnes vineas meas apud Brakkenhein¹ sitas in monte dicto Sulzberc, item omnes vineas meas in monte dicto Wolveshuthen², item omnes vineas meas in monte dicto Rōrisberc, item unam peciam vinearum in monte dicto Vorste³ inibi constitutam religioso monasterio de Bebenhusen Cisterciensis ordinis Constantiensis dyocesis pro ducentis et septuaginta libris denariorum legalium monete Hallensis michi plenius exolutis de consensu spontaneo dilectissime mee consortis Marie de Nifen vendidi absolute transferens idem venditum generaliter cum omni onere suo, puta cum omnibus suis iuribus iurisdictionibus libertatibus et quibuscunque pertinentiis ac specialiter cum eo iure, quod vulgo dicitur vorlesen⁴, in monasterium supradictum, tantam sollempnitatem robusto corpore et sana mente in verbis et gestibus adhibendo, ut non possit esse contractus magis legitimus et fides melior inter vendentes pariter et ementes, plerumque ut non possit esse iustior titulus et melior condicio possidentis. Cuius etiam auctoritate contractus licebit prefato monasterio vindemias seu fructus vinearum ipsarum ad propria torcularia deducere eiusdem monasterii, in ipsis torcularibus exuvare nec non quevis alia torcularia devitare, vinum etiam ex eisdem vineis proveniens inpune ad predictum oppidum Brackenheim introducere ibidem deponere et etiam educere prout eidem monasterio videbitur expedire, nec permittitur cuiquam hominum, quod apud idem oppidum Brackenheim in aliquibus viis in pontibus vel in portis in domibus vel cellariis a memorato monasterio ratione dictarum vinearum seu vini provenientis ex illis extorqueat aliquod theloneum aut aliquam faciat exactionem sive stiuram⁵ betwin erbewin⁶ vel alio quocunque

¹B u. C: Braggenhain.

²B u. C: Wolfeshuich.

³B u. C: der Vorst.

⁴B: vorlease, C: vorlese.

⁵B und C: stetewin, vielleicht nach gemeinsamer Vorlage verlesen für stiuram.

⁶B u. C: bettewin erbewin.

II

vocabulo censeatur. De quibus singulis et universis premissis warandum perpetuum me constituo per presentes. Ceterum nos antedicta Maria merito intuentes, quod premissum pretium in communes nostros et predicti nostri consortis usus utiliter est conversum, presenti subscriptione recognoscimus nostrum consensum prescripte venditioni et clausulis eidem annexis plenus accessisse. Et ne quicquam in contrarium attemperetur, una cum predicto consorte seu capite nostro renuntiamus beneficio restitutionis in integrum actioni in factum litteris a sede apostolica vel aliunde inpetratis aut etiam inpetrandis pacto convento exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii et generaliter omni exceptioni seu defensionis, quibus mediantibus de iure vel de consuetudine in iudicio vel extra iudicium sepedictum monasterium posset in premissis cavillari vel aliquo modo molestari. In quorum omnium et singulorum premissorum indeficiens firmamentum presens instrumentum contulimus sepefato monasterio nostro communi sigillo⁷ roboratum, adiunctis testibus infra scriptis, videlicet Hugone milite filio quondam Bertoldi dicti Raseler⁸, Burcardo de Hutingeshein⁹, Einhardo de Malmeshein, Wernhero dicto Zueme¹⁰ quondam sculteto in Brakkenhein, Ekkone¹¹ nunc sculteto ibidem, H. quondam filio¹² Volmari sculteti, Wernhero dicto Bokkescherph¹³, C. pannicida, C. dicto Niemanneshaimer¹⁴, Giselhardo et quam pluribus aliis fidedignis¹⁵.

 Actum et datum in Brackenheim, anno domini MCCXCIII., X. kalendas Octobris, indictione VI.

—

Drei Exemplare, sämtlich mit dem Siegel Ulrichs von Magenheim, s. WUB, Bd. VIII, S. 149, Nr. 2843. Die wichtigeren Abweichungen von B und C s. in den Anmerkungen.

⁷B u. C: nostro communi sigillo pariter et illustris viri Gotfridi de Tuwingen comitis palatini karactere.

⁸B u. C: Ræseler.

⁹B u. C: Huitingshain.

¹⁰B u. C Zueme.

¹¹B u. C: Eggone.

¹²B u. C: filio quondam.

¹³B u. C: Bokskerph.

¹⁴B u. C: Niemannshaimer.

¹⁵In B u. C folgt noch: Nos vero Gotfridus comes palatinus de Tuwingen antedictus de premissis omnibus et singulis testimonium perhibentes ad instantiam predictorum scilicet Marie amite nostre dilecte nobilisque sui consortis nostrum sigillum duximus presentibus appendendum.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 400, U 401 und U 402

Überlieferung und Textkritik:

3 Originale mit Abweichungen. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 16, S. 27. Unvollständige Übersetzung im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 24, Heft 2, S. 10.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 343 nach einem anderen Exemplar.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Brackenheim

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, Tü
 Brackenheim Wohnplatz (1875)
 Brackenheim, HN
 Heutingsheim Wohnplatz (1168)
 Heutingsheim, Freiberg am Neckar, LB
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Magenheim Wohnplatz (1899)
 Magenheim, Cleebronn, HN
 Malsheim Wohnplatz (185)
 Malsheim, Renningen, BB
 Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
 Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES